UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

tor, uel habens ab eo legitimandi poteſtatem aliquẽ
inhabilem legitimauerit, taliter legitimatus ad bo-
na eccleſiæ, quæ legitimis concedi ſolent, admitti
non poteſt, ex defectu poteſtatis legitimantis, qui ſe
circa bona eccleſiaſtica intromittere nõ poteſt, facit
tex. in c. 1. §. naturales. cum ibi not. ſi de feudo fuerit
contentio inter dominum, & agna. & ponunt doct.
maximè moder. in c. per uenerabilem. qui filij ſint le-
gitimi. Et hæc eſt concludens ratio, ſuper qua tanquã
uiris literariis nota non inſiſto. ¶ Sed ad concluſio-
nem caſus noſtri deueniendo dico, † ꝙ dominus Ab
bas circa hanc rem ad eccleſiam, & Abbatiam pro-
pter lineam finitam deuolutam, ſi uellet eam pro ec-
cleſia, & Abbatia retinere, & illam in eius bonis in-
corporare, certè poteſt, quibuſcunque extraneis, &
non deſcendentibus primi emphyteotæ excluſis, qua
lis eſt uxor, quæ ad bona emphyteotica nunquam ali
quo modo cenſetur uocata, niſi hoc in inueſtitura ex
preſsè dictum eſſet, ut in §. emphyteoſim. in auth. de
non alien. aut permutan. rebus. Quo uerò ad ſororẽ
prædictam ultimi decedentis, ſi intentionis dicti Ab
batis eſſet, illa bona in aliquem transferre, dictam ſo
rorem, quæ de deſcendentibus primi emphyteotæ
dicitur, ſaltem de æquitate à iure approbata renoua-
re tenetur, alioquin illi iniuriam faceret, & ipſa iuſtã
querelandi, & fortè appellandi cauſam haberet, ut ui
dentur uelle doctores magis communiter in locis al
legatis poſt Bart. in d. §. permittitur. & Alex. & alios
in d. l. ſi mihi, & Titio. & habetur per Ioan. de Imol.
in ſuo conſilio incipien. Petrus de Pannolini, quem
ſequitur Alex. in d. l. ſi mihi, & Titio. col. penult. & in
conſi. 61. col. 2. lib. 7. qui uolunt, quòd, finita linea, ſi
dominus, hoc eſt eccleſia uelit alios inueſtire, tenea-
tur magis inueſtire agnatos, & deſcendentes primi
emphyteotæ, ſi ſint hæredes, quàm alios; & hoc etiã
eſt de mente Petri de Ancha. in conſi. 133. & Fulgoſ.
in conſi. 217. poſt glo. in d. §. permittitur. & hoc ego
in iudicãdo ſemper ſequerer, quicquid ſenſerit Deci.
in conſi. 131. declarando, & diſtinguendo tamen,
ut aliàs proximè conſulendo dixi; quare ſecurius pro
cedendo melius erit, ut præfatus dominus Abbas de
nouo dictam rem præfatæ ſorori concedat. Et hæc
eſt ſententia mea. Laus Deo.

S V M M Æ.

1 *Fœmina in emphyteoſi eccleſiaſtica, ad quam fœmina admitte-
retur, filiis, ſeu maſculis non extantibus, ſemel à maſculo
excluſa ſemper durat excluſa, & moriente ultimo emphyteo-
ta ſine filiis ſuperſtite filia prioris emphyteotæ ſemel excluſa,
emphyteoſis dicitur ad eccleſiam deuoluta, & filia ad eam ex
dicti inueſtitura non admittitur.*

*Et tanto magis, ſi ſtatutum loci quoad ſucceſſionem hæreditatis
ſponeret, quòd fœminæ, & per eam deſcendentes propter ma-
ſculos excluderentur taliter, quòd amplius admitti non poſ-
ſent, numero 3.*

Idem in nepotibus ex filia fœmina, num. 4.

2 *Niſi filia fœmina eſſet excluſa per hæc uerba donec, ſeu quouſq;
maſculus extiterit.*

4 *Filia fœmina ſemel à maſculo perpetuo excluſa, nepotes quoque
ex illa dicuntur perpetuo excluſi, nec mors maſculorum illis
prodeſt.*

*Emphyteoſi finita, propter lineam deficientem, in illius renoua-
tione proximiores ultimi decedentis præferendi ſunt proxi-
mioribus primi conducentis.*

Et eos eccleſia inueſtire tenetur.

Maximè, ſi ipſius ultimi decedentis eſſent hæredes.

EPITOME.

EMPHYTEOSIM eccleſiaſticam pro ſe, filiis, & ne
potibus conceſſam, quæ ex decreto, & ſtatuto loci fi-
liis, ſeu maſculis nõ extantibus ad fœminas tranſire
poteſt, & ad quã nepos maſculus primi cõductoris,
excluſa eius filia, ſemel fuit admiſſus, ſi hic nepos de-
ceſſerit abſq; filiis, ſuperſtite dicta filia, & nepotibus
ex ea, emphyteoſim eſſe finitam, & ad eccleſiam de-
uolutam, & de ea proximiores ultimi decedentis, &
non prioris emphyteotæ, ſicq; fratrem uterinũ dicti
nepotis ultimi defuncti, excluſis filia, & nepotibus
prædictis, renouandos eſſe, hic demonſtratur.

CONSILIVM CV.

IN hac cauſa renouationis ab eccleſia faciẽ
dæ, an per mortem Camilli emphyteoſis
dicatur finita, & ad eccleſiam deuoluta, cõ
cluſiuè loquendo dico illam eſſe finitam,
& ad eccleſiam deuolutã, nam & ſi ſupereſt do. Iulia
filia primi emphyteotæ, quæ poſſit dici in conceſſio-
ne comprehenſa, cũ emphyteoſis uideatur compre-
henſa non ſolum pro filiis, & nepotibus maſculis, ut
ex uerbis conceſſionis infertur, iũctis iis, quæ uoluit
Bar. in l. liberorum. ff. de verb. ſignifica. ſed etiam pro
fęminis, non extantibus maſculis, ut colligitur ex de
1 creto apoſtolico, & ex ſtatutis ciuitatis Ceſenæ, † tñ
ex quo ipſa D. Iulia fuit à Camillo nepote primi em-
phyteotæ excluſa, ea penitus dicitur excluſa adeò, ꝙ
etiam deficiente Camillo ſine liberis, prout defecit,
nullus potuit eſſe locus dictæ D. Iuliæ, ſeu deſcenden
tibus ab ea, uel ab alia filia primi conductoris, quo-
niam cum ſimpliciter fęminæ uocentur, ſeu admit-
tantur, filiis, ſeu maſculis nõ extantibus, & ipſa do.
Iulia ſemel fuerit excluſa, ſemper & perpetuo debet
dici excluſa, etiam ſi contingeret. Camillum, qui eã
excluſit, poſtea ſine liberis deficere, ut de hoc eſt tex.
clarus, qui loquitur in feudis, & conſequenter etiam
in bonis emphyteoticis eccleſiæ locum habebit, ue-
luti doctores communiter in uariis locis arguunt, in
c. 1. §. quin etiam. epiſco. uel Abb. ubi And. de Iſernia
per illum text. inquit, quòd ſi facta ſit mihi inueſtitu-
ra pro me, & filiis, & deſcendentibus maſculis, & fœ
minis, & ſuperextiterint filius maſculus, ac filia fœ-
mina, maſculus ſolus, excluſa fœmina, admittitur;
& ſi poſtea filius mortuus ſit, filia fœmina non ſucce-
dit, ex quo ſemel fuit excluſa: qđ ſecundum aliquos
procedit etiam, ſi ipſe filius maſculus poſt mortem
patris ſui ilico fuiſſet mortuus, ut expreſsè uoluit ibi
And. de Iſer. ſummus feudiſta reprehendẽdo glo. ibi,
quæ contrarium dixit; & poſito glo. illam uerum di-
cere, tñ hic non eſt caſus noſter, quia Camillus ne-
pos primi conductoris, diu poſt illius mortem uixit,
& ideò ſumus in caſu, in quo Iulia etiam poſt mortẽ
Camilli remanet ab emphyteoſi excluſa, nec ex pro-
uidẽtia ſui patris, nec ex tenore, ſeu uirtute inueſtitu-
ræ uenire põt, ut infra dicetur; idem uoluit Bal. in d.
§. quin etiam, dicens, nota, ꝙ filia ſemel excluſa pro-
pter maſculum remanet in perpetuum excluſa, ita ꝙ
mors maſculi deinceps illi non patrocinatur; qđ eſt
notatu dignum ad ſtatuta dicentia, ꝙ moriẽte patre
cũ filiis, & deſcendentibus maſculis fœminæ nõ ſuc-
cedant, qa ſi maſculus ſuperſtes ſucceſſit, deinde ſine
liberis mortuus ſit, locus fœminis ad ſucceſſionem
patris patere nõ dicitur, ſed ipſi filio ſuccedent proxi
miores ab inteſtato ſiue maſculi, ſiue fœminæ, & cõ-
ſequẽter ſi illius ſoror, quæ ab eo fuerat à ſucceſſione
patris excluſa, reperiat̃ ipſi fratri decedẽti proximior,
ea potuit illi tanquã in bonis, & hæreditate fratris ſuc
2 cedere, † Niſi ſtatutum diceret, ꝙ filiæ fœminæ non
ſuccedãt, donec, ſeu quouſque maſculus extiterit, ut
ibi per Bald. & faciunt ad prædicta ea, quæ habentur
per Bartol. in l. fi. & in l. 2. §. uidendum. ff. ad tertullia.
& in pluribus aliis locis poſt Bal. ĩ d. c. 1. epiſc. uel abb.
faciunt not. per Ioan. And. in addit. ad Specu. in tit. de

 ſucceſ.

ſucceſſ. ab inteſta. col. 2. Petr. de Ancha. in conſi. 24. &
conſi. 213. & conſi. 199. Bal. in l. gallus. §. & quid ſi tan
tum. ff. de libe. & poſthum. & in l. ſi quis poſthumus.
§. filius. eo. tit. Sed in terminis noſtris tam decretum
apoſtolicum, quàm ſtatutum non loquuntur per hęc
uerba donec, uel quamdiu, aut quouſque, ſed ſimpli-
citer, ꝙ extante maſculo fœminę non ſuccedant, nec
ad emphyteoſim admittantur, ergo Iulia à dicta em-
phyteoſi totaliter, & perpetuo debet dici excluſa, ex
quo poſt mortē ſui patris Camillus nepos ex filio in
3 illa ſucceſſit. † Et maximè, quia ſtatutū ciuitatis Ce-
ſenæ quoad ſucceſſionem hæreditatis diſponit, ꝙ fi-
lia fœmina, uel deſcendentes per fœminam propter
maſculos deſcendētes excludātur taliter, ꝙ de cæte-
ro amplius admitti non poſſint, & ſic ēt in caſu, quo
deficeret maſculus, qui fœminas, & illarū deſcenden
tes excluſit: à quo ſtatuto poteſt argumentū ſumi ad
ipſam emphyteoſim, argumento nota. per Bart. in l.
ut iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de operis libertorum. ¶ Et
hanc ſententiam ſequutus fuit Cald. in conſi. 4. in tit.
de feudis. & eſt optimus text. in c. 1. de capit. qui cur.
uendidit. & facit ēt id, quod conſuluit Paul. de Caſtr.
in conſi. 225. ſecundū ueterem impreſſionē incip. in
Chriſti nomine, uiſa ſupraſcripta per Bar. in conſ. in-
cipien. Iacobus, & in alio incip. in nomine domini,
proponitur ꝙ pater, Petr. de Ancha. in conſi. 221. inci
pien. hæc quæſtio vulgaris, Bal. in c. 1. de fil. nat. ex ma
trim. ad morgan. contrac. Andr. de Iſer. in c. 1. impe-
ra. Lothar. Eugenio papæ in 2. col. Odofred. in ſum-
ma in titu. qui poſſ. ſucced. in feu. Et quāuis aliqui op-
poſitū tenere conati fuerint, quos refert do. Præpoſi.
Mediolanen. in d. c. 1. §. quin etiam. tamen primā ſen
tentiam do. Andr. de Iſer. Bal. & magis cōmuniter do
ctores ſequuti fuerunt, & do. Prępoſit. in d. §. quin ēt.
in final. uerb. optimè adductis in contrariū reſpōdet,
prout uideri poteſt, quia aliter non refero. Et hæc opi
nio in iudicādo, & conſulendo eſt ſequenda: qua ſtā-
te, ſequitur, ꝙ emphyteoſis in caſu noſtro per obitū
dicti Camilli dicitur finita, & conſequenter ad eccle
ſiam deuoluta, quia emphyteoſis fuit conceſſa ſolū
pro filiis, & nepotibus primi conductoris, qui gradus
nepotum fuit finitus in perſona Camilli ultimi nepo
4 tis, qui in ipſa emphyteoſi ſuccedere potuerit. † Et
quamuis ſuperſint nepotes nati ex quadā filia do. An
geli primi conductoris, tamen nō ſunt tales, qui ſuc-
cedere, & ad ipſam emphyteoſim admitti ualeant, nā
cum filiæ fœminæ primi conductoris à Camillo fue-
rint perpetuo excluſæ, ut ſupra concluſum fuit, & cō
ſequenter ēt mater illorū nepotū per prædicta, ſequi-
tur, ꝙ etiam nepotes nati ex filia do. Angeli prædicti
perpetuo ab ipſo Camillo excluſi dici debent, quia ſi
uinco uincentem te, multo magis uinco te. l. de acceſ
ſionibus. ff. de diuer. & tempo. præſcript. Item quia ſi
tales nepotes ſuccederent, dicerētur uenire median-
te perſona matris ſuæ, quę cum fuerit perpetuo exclu
ſa, ipſi quoque nepotes debent dici perpetuo excluſi,
ex quo ex radice infecta ueniunt, argumento l. ſi uiua
matre. C. de bonis mater. per quē textum dicunt do-
ctores ibi Salicet. Bald. & Paul. Caſt. ꝙ ſi per ſtatutum
filiæ fœminæ à ſucceſſione propter maſculos exclu-
duntur, nepotes quoq; nati ex filia præmortua exclu-
dentur; & hoc uoluit Bart. in l. liberorum. ff. de verbo
rum ſignificatio. verſicu. pone, quòd aliquis, ibiqúe
Alexand. & in l. 2. §. fina. ff. ad tertullianum. ſequitur
Bald. in l. fi. C. de eden. Angel. in §. neq; filio. in auth.
de trien. & ſemiſſ. Bald. in l. maximum uitium. in 2. co
lum. C. de liberis præteritis. & inter conſilia Alexan-
dri in conſi. 47. col. 2. lib. 4. Paul. Caſtrenſ. in l. qui ſu-
perſtitis. in fi. ff. de acquirend. hæredita. ibiqúe moder
ni, & in pluribus, ac uariis ſuis conſiliis, q̄ referre lon-

gum eſſet. Nec aduerſatur id, quod uoluit
in l. 1. C. de condi. inſert. quia ibi loquitur
iuris cōmunis, nō extante ſtatuto p̄dicto
ſi ipſi nepotes ex filia præmortua, uel ipſa
huc ſuperſtes, q̄ fuit amita ipſius Camilli
cleſia, ad quā emphyteoſis fuit, ut ſupra,
nouo inueſtiri tanquā cōprehenſi in inue
quam ēt proximiores do. Angelo primo
certè obtinere non poſſunt, primo quia
fuit, nullo modo ex prouidētia do. Angeli
ma inueſtitura uenire poſſunt, cū ſemel,
tuo à iure dictę inueſtiturę fuerint à Cam
5 per ſupra plenè dicta. † Nec tāquam prox
mi emphyteotæ uenire poſſunt, qm̄ cū
qui eſt dicti Camilli proximior, uidelicet
Dulcinus dicti Camilli frater vterinus,
potes ex amita, ac ēt do. Iulia alia amita
miores primi emphyteotæ nō ſunt admi
ctus Franciſcus ipſius Camilli proximior,
per proximior ultimi decedentis, & non
trantis, ſeu diſponentis eſt p̄ferēdus, argu
not. in l. cum ita. §. in fideicommiſſo. ff. de
Paul. Caſtr. qui loquitur in terminis emph
habetur per eundem Caſtr. in l. hæredes
poſt Gulielmum de Cun. ibi. ff. ad trebell.
mus tex. in c. 1. de natu. ſucceſſ. feu. ibiq́ue
Calder. in conſi. 13. in titu. de feudis. & po
per dominum meum Socinum in l. ſi cog
ti. colum. ff. de rebus dubiis. & plenius per
6 conſi. 86. lib. 3. ¶ Præterea † cum emphy
eccleſiam deuoluta propter lineam fini
na Camilli, ut ſupra oſtenſum eſt, ſequi
in caſu, in quo eccleſia tenetur proxim
inueſtire ex illa æquitate, quam doctor
hoc eſt Barto. in l. 1. §. permittitur. ff. de
& æſti. & in l. ſi mihi, & titio. ff. de uerb.
latè Alexand. qui infinitos allegat. & hab
bonæ. il 2. extra de poſtul. prælatorum.
teoſis ſit ad eccleſiam deuoluta propter
tam, ſi ſuperſint aliqui proximiores, qui
lint, eccleſia illos inueſtire ex æquitate te
quin ipſi proximiores poſſent appellare:
ſia tenebitur inueſtire proximiores Camil
domini Angeli primi conductoris, ut ex p
fertur, & expreſsè uoluit Roma. in conſi.
alia mouetur per l. peto. §. fratre. & l. cum
deicommiſſo. ff. de legat. 2. & per textum
c. 1. §. titius. ſi de feudo fuerit controuerſi
7 minum, & agnat. † Et præſertim quando
miores eſſent hæredes ipſius ultimi decede
luit Ioan. de Imol. in conſiliis ſuis, quę refer
tur Alex. in d. l. ſi mihi, & titio. col. penulti.
ſi. 161. lib. 7. hoc etiam expreſsè cautum rep
ſtatuta ciuitatis Ceſenę, quibus cautum
lus debeat, nec poſſit in caſu, quo defeci
uel aliter eſſet finita emphyteoſis, aliquo
dentibus maſculis ſuperſtite, uel alio hæ
ultimi deficientis, inueſtituram petere.
Franciſcus frater uterinus dicti Camilli
millo proximior, quàm ſit domina Iulia
quia Franciſco in primo gradu, & domina
tio gradu eſt ſibi coniuncta, & quā ſint fra
tini nati ex eius amita, qui ſibi ſunt in qu
coniuncti, ut probatur inſtitu. de gradibus.
reconſultus. ff. eo. tit. Item ipſe Franciſcus
to eſt hæres dicti Camilli ſaltē in bonis em
cis, ut in ſtatutis dictæ ciuitatis cautū videtur
quitur, ꝙ Frāciſcus eſt ab eccleſia inueſtien
ctis, modis, honoribus, & oneribus, de qui
mis inueſtituris, excluſis dicta do. Iulia, &

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Eti domini Angeli natis ex illius filia. Et ita concludo & ſequor. Laus Deo.

S V M M AE.

Inueſtitura, ſeu conceſſio emphyteoſis eccleſiæ facta pro ſe, & hęrede ſemel nominando de iure ualet.

Et nominato ius acquiritur.

Nec à nominatione ſemel facta recedi poteſt. num. 5.

Et tanto magis ſi nominatio fuit ab eccleſia confirmata, num. 6.

Et quomodo illa uerba pro hærede ſemel nominando intelligantur, num. 23. uſque ad num. 29.

Emphyteota primo adhuc uiuente, & prima conceſſione durante, dominus poteſt alium inueſtire, & illa inueſtitura, finita prima conceſſione effectum ſortietur, & nu. 35. ubi an, & quando hoc uerum ſit, declaratur.

Poteſt etiam dominus ẽt eccleſiaſticus alteri rem ſub conditione, uel in diẽ incertam concedere, adhuc prima cõceſsione durante.

Et an, & quando hoc uerum ſit, num. 35.

Et transferendo in illum poſſeſſionẽ, ſi primus emphyteota ſine ſucceſſore in emphyteoſi decedat, cõceſsio ualet, ac effectũ ſortitur.

Et ſi à ſucceſſore fuit confirmata, illa ex confirmatione robur, & ualiditatem accipit.

Quid ſi durante adhuc prima cõceſsione, & cõditione nondũ impleta, prælatus deſijt eſſe ꝑlatus, uel inueſtitor mortuus fuit, n. 19.

Et quid ſi confirmatio facta fuit alteri, quàm illi, cui prima conceſſio facta fuiſſet, num. 20.

Emphyteoſi ad eccleſiam ob mortem ultimi emphyteotæ deuoluta, eccleſia de illa diſponere, & cui uelit, concedere poteſt.

Et de honeſtate agnatos inueſtire tenetur, re tamen integra, & nemini adhuc conceſſione facta, qui ante agnatos inueſtituram petierit, & obtinuerit.

Et an, & quando hoc uerum ſit, num. 40.

Et huic inueſtituræ factæ alteri, qui prius petiit, eccleſia ſtare tenetur, ſi agnati infra decem dies, poſtquam inueſtituram alteri factam eſſe ſciuerunt, non appellauerint.

Contra a num. 44. ubi hoc declaratur.

Appellatio etiam à grauamine extraiudicialiter illato debet infra decem dies appellari poſtquam grauatus illud ſciuerit.

Appellatio actum ualidum præſupponit, quamuis per appellationem reſcindi, & reuocari poſſit.

Agnatus, qui finita emphyteoſi, et ad eccleſiam reuerſa, per annũ, & diẽ, ſeu menſem fuit negligens in petendo inueſtituram, priuatus eſt omni iure illam petendi ſibi aliàs competenti.

Limitatur, niſi penitus extraneus fuiſſet inſtitutus, num. 41.

Et niſi agnatus fuiſſet iuſtè impeditus, num. 43.

Declaratur, & alter, num. 47.

Emphyteota ſolum ius, quod ipſe habet in re emphyteotica, in aliũ poteſt transferre, & reſoluto iure emphyteotæ datoris, reſoluitur, & ius acceptoris, in quem tranſtulit.

In emphyteoſi locus eſt iuri accreſcendi, quando expreſsè actum, & à domino conceſſum fuit.

Gratia ſubreptitia ẽ ipſo iure nulla, et ex ea nullũ ius acquiri põt.

Literis epiſcopi ut credatur, quid requiritur.

Mandatum quando per literas probatur.

Literę ꝓcuratoria reſpectu bonorum, & perſonarũ ẽt ſi referãt ſe ad id, quod per Titiũ referetur, tamẽ niſi de mãdato facto Titio cõſtet, nullius ſunt momenti, nec ius aliquod tribuere poſſunt.

Succeſſor in prętatura non poteſt à prędeceſſore obligari.

Emphyteoſi finita, & ad eccleſiam reuerſa, ſi agnati extent, qui ultimi emphyteotæ ſint hæredes, eccleſia non poteſt alium, quã agnatos hæredes inueſtire.

Emphyteoſis eccleſiæ de iure communi, & ſui natura ſolum ad hęredes ſanguinis per lineam deſcendentium tranſit.

Emphyteoſis eccleſiæ conceſſa pro ſe, & hęrede ſemel declarando, & eligendo intelligitur de hærede ſanguinis per lineam deſcendentium, & non de quocunque, & ſic extraneo etiam hærede, uſque ad num. 29.

Verba in dubio ſecundum ſubiectam materiã, & ut naturæ actus celebrati conueniant, ſunt intelligenda.

Emphyteoſis ſimpliciter à prælato conceſſa, intelligitur ſecundum formam conſuetam conceſſa, & perſonæ conſuetæ duntaxat cõprehenduntur.

26 Et conceſſa non ſeruata forma ſolita, & perſonæ non conſuetæ, conceſſio nulla eſſet.

27 Emphyteoſis ad eccleſiam deuoluta agnatis, & conſanguineis ultimi emphyteotæ ſecundum formam conſuetam concedi debet.

28 Feudi, uel emphyteoſis conceſsio facta alicui pro ſe, & pro eo, quẽ uoluerit, ſeu cui dederit, uel per ſimilia uerba, intelligitur facta ſecundum puram, & meram naturam feudi, & emphyteoſis.

29 Eligendi, ſeu declarandi ius habens etiam in caſu, in quo ſemel tantum poteſt eligere, & declarare, ſi nulliter, & inualidè elegit, & declarauit, poteſt iterum eligere, & declarare.

30 Emphyteoſis ſi conceſsa ſit pro ſe, & hærede ſemel eligendo, & ſub his uerbis, quòd poſſit in dictis bonis ſemel eligere hęredem, qui hæres adueniente caſu ſucceſſionis prædictæ teneatur capere nouam inueſtituram, de quo hærede, & de qua ſucceſsione ſit intelligendum, & nume. 33.

31 Et ſi hæres electus, adhuc uiuente emphyteota, qui elegit, inueſtituram, & confirmationem petat, & obtineat, an talis inueſtitura, & confirmatio ualeat.

32 Teſtamentum primum etiam habens clauſulam derogatoriam ad teſtamenta futura poteſt per ſecundum reuocari, quando de primo ſaltem ſpecialis, & expreſſa mentio facta fuit.

34 Conuentio ſuper ſucceſſione alterius non conſentientis facta non ualet.

35 L. ne cui. C. loca. declaratur uſque ad num. 39.

36 Nec habet locum in locatione, ſeu conceſsione, per quam dominiũ utile, & naturalis poſſeſsio in conductorem transfertur.

37 Locatio, ſeu conceſſio facta ſimpliciter, & purè, durãte tempore primæ locationis, abſque conſenſu primi conductoris, ipſo iure non ualet, quando ex locatione, ſeu conceſſione dominium utile, & naturalis poſſeſsio in conductorem transfertur.

38 Idem, quando ſecunda locatio, & conceſsio etiam facta ſub conditione eſſet alteri præiudicialis.

39 L. ne cui. C. locati. non habet locum in emphyteoſi, ſeu feudo eccleſiæ.

40 Agnatus, qui poſt mortem ultimi emphyteotę, ſeu uaſalli erat inueſtiendus, conceſsionem, & inueſtituram alteri in eius præiudicium factam reuocare poteſt.

41 Et infra quantum tempus.

42 Emphyteoſi finita, & ad dominum reuerſa, pendente anno agnatis ad renouationem petendam dato, nihil à domino in præiudicium agnatorum fieri poteſt.

45 Appellatur quandoque ab actu nullo, ut nullus declaretur, & illa dicitur potius appellatio facti, quàm iuris.

46 Agnato petenti inueſtituram emphyteoſis finitæ quando ius appellandi, & quando ius contraueniendi inueiſturæ alteri factæ infra annum, & quando etiam infra triginta annos competat.

48 Dominus accipiendo ab aliquo tanquam emphyteota canonẽ pro bonis emphyteoticis, & illum inueſtiendo, ei omnem culpam, et negligentiam remiſiſſe uidetur.

49 Agnatus proximior non iure ſucceſſionis, & ut hęres, ſed iure agnationis renouari debet de emphyteoſi finita, & ad dominum reuerſa.

EPITOME.

Emphyteoſis eccleſiæ ſi conceſſa ſit alicui unà cum matre ꝓ ſe, filiis, & nepotibus, & matri quoad ipſius uitam tm̃. Et mater uiuẽte filio prioris emphyteotæ, qui ĩ emphyteoſi ſucceſſit, obtinuerit inueſtiturã, ut hæc bona emphyteotica ſibi in totũ accreſceret in caſu, quo dictus filius moreret̃ ſine filiis, itẽ ꝙ ipſa poſſit ſemel in dictis bonis hæredẽ eligere, qui hæres adueniẽte caſu ſucceſſionis ꝑdictæ teneat̃ nouã inueſtiturã capere. Et poſtea uiuẽte adhuc dicto filio emphyteota, & pendente conditione in ſecunda inueſtitura appoſita ꝑlatus, qui ſecundã inueſtituram conceſſit, deſierit eſſe ꝑlatus, & eodẽ tpe per dictam matrẽ Titius ſibi penitus extraneus fuerit nominatus hęres, qui ſtatim mortuo filio præfato confirmationem, & nouam inueſtituram à ꝑlato ſucceſſore, adhuc uiuẽ-